oppressum a nephandorum iniuria quo
ad deum / ac luxuriosa conuersatione quo
ad proximum eripuit super ipsum loth tanquam
iustum et non consencientem operibus eorum
Et quod loth fuit iustus probat quia
aspectu et auditu iustus erat. hoc est
erat iustus quantum ad conuersationem et quantum
ad fame diuulgationem / tamen ulterius possit
de ipso uidere nec audire aliquid nisi quod erat
bonum et iustum / quod tamen erat valde diffi-
cile ut glosa dicit inter tales iusticiam
seruare / unde subdit. Habitans inter
eos qui de die in diem animam iustam
hoc est loth iusti iniquis operibus
cruciabant. Deinde cum dicit Nouit
igitur deus pios de temptatione eripere
iniquos uero in diem iudicii reseruare
cruciandos. Hic ponitur omnium supradictorum

Marginal notes: loth — Octo sunt etates — et resurget — 2o

cause assignatio. Sunt autem in superio-
ribus tria dicta. Primum est quod deus punivit bo-
nos malos et bonos de tribulacione
liberat. Secundum est quod magis puniet ipsos
hereticos peccantes peccato blasphe-
mie et ydolatrie quam alios. Tercium est quod
si deus punivit angelos. multo
forcius puniet illos qui sunt viliores
et indigniores eis. Tria igitur facit Apostolus
secundum quod omnium istorum trium causam assignat
scilicet ibi Magis autem et ibi. Ubi angeli
Continuacio. Quasi sic. Primum est quod deus eripuit
loth et noe de tribulacione. Alios vero
per subversionem dampnavit. cuius
causa est quia Novit dominus pios sicut
noe et loth de temptacione eripere. Iniquos
vero in die iudicii cruciandos reservare.
Nam novit dominus iustos et sanctos
homines de tribulacione liberare. quia ut
scribitur. Ipse super iusti vir cum ipso sum
in tribulacione eripiam eum et glorificabo eum. Impios
vero in die iudicii novit cruciandos
reservare quia ut scribitur Job xxi. In
diem perdicionis servatur malus.
Deinde cum dicit. Magis autem eos qui
post carnem in concupiscencia inmundicie
ambulant. dominacionemque contempnunt
audaces sibi placentes sectas non
metuunt introducere blasphemantes
hic assignatur causa secundi dicti. et ponit
Apostolus in moribus maneries hereticorum
quia aliqui faciunt heresim propter carna-
lem concupiscenciam. Aliqui autem propter
superbie iactanciam quia elati superbia
nolunt captivare intellectum eorum in ob-
sequium dei. Aliqui vero solum propter compla-
cenciam et eorum ingenii confidenciam. Aliqui
autem propter intellectus tarditatem et ruditatem
quia cum veritatem non intelligunt novos
ritus et novas sectas inducere co-
nantur. Omnes autem isti magis puni-
endi sunt quia alios peccato erroris infi-
ciunt quam si ipsi soli suo scelere perirent
hoc est quod Apostolus dicit. Magis autem

eos scilicet deus puniet qui post carnem
in concupiscencia inmundicie ambu-
lant. ad illos qui faciunt heresim propter
carnalem concupiscenciam. Dominacionemque contemp-
nunt ipsum dominum ihesum christum dominatorem
omnium. quantum ad illos qui heresim
faciunt propter superbiam et iactanciam
Audaces sibi placentes. hoc est sibi
ipsis confidunt placere et non deo propter
eorum complacenciam et ingenii confidenciam
Sectas non metuunt. hoc est non timent
introducere quantum ad illos qui heresim in-
ducunt propter ruditatem et ignoranciam
Deinde cum dicit. Ubi angeli forti-
tudine et virtute cum sint maiores non
portant adversus se execrabile iudi-
cium hic ponitur causa tercii dicti. et est talis
Angeli sunt fortiores et virtuosiores
quam sint homines. sed tanta est vis
penarum infernalium quod ipsi angeli non possunt
tales omnes portare. Ergo multo forcius
ipsi homines non possunt tales penas et
tale iudicium execrabile tollerare
hoc est quod dicit. Ubi hoc est in quo iudicio
angeli cum sint maiores fortitudine
et virtute scilicet quam sint homines non por-
tant adversus se execrabile iudicium
hoc est non possunt portare iudicium inflictum
eis propter peccatum execrabile videlicet propter propria super-
bia. De qua scribitur Eccli. x. quod odibilis
est deo et hominibus superbia et execra-
bilis omnis iniquitas. multo forcius
sunt tale iudicium portare difficile erit
ipsis hominibus

Hi vero velud irracionabilia pecora natura-
liter in captionem et perniciem in his
que ignorant blasphemantes in cor-
rupcione peribunt percipientes mer-
cedem iniusticie. Postea Apostolus

docent hereticorum falsitatem expellere
prout procedit ex malicia affectus
Iuxta ista ut supra dicebatur docet
falsitatem expellere prout procedit ex
cecitate intellectus. Et duo facit apostolus
quia primo ponit malorum que ex cecitate
intellectus sequuntur originem. Secundo ponit
omnium ipsorum probationem ibi. Aliquo
.n. quis. Circa primum dicendum quod inter
partes est secundum philosophum .ij. ethicorum
in nobis est duplex ratio una per
essentiam que est ipse intellectus. Alia p
participationem que dicitur sensualitas ap
pellatur autem sensualitas ro p
participationem quia est apta nata rationi
per essentiam puta intellectui
obedire quando igitur talis ordo in homine est
quod sensualitas obedit rationi ita
quod intellectus sensualitati dominetur tunc
homo potest dici in castitate et continentia.
Sed quando econtra ut quod sensualitas
dominetur intellectui tunc homo dicitur esse in obscuritate
et cecitate. Et quia cecitatem mentis mala
per ordinem sequuntur. Secundum est in primis sen
sualitatis dominatio. Licet enim secundum philosophum x°
ethicorum homo sit magis intellectus
quam sensus oportet tamen rationis ordine
magis intellectum in homine dominari quam
sensualitatem. Secundum est iterum iudicium perversio
quia ex hoc quod sensualitas dominatur in
aliquo iudicat voluptatem sensibilem
esse bonum simpliciter cum tamen non sit
bonum nisi secundum quid. Ex hoc autem dominio
iudicium iterum pervertitur. Tertium est alior[um]
deceptio quia secundum philosophum primo ethicorum unus
quisque qualis est talia dicit et talia
iudicat. Eo igitur ipso quod aliqui secundum
appetitum infectum propter dominium sensua
litatis [illegible] oportet quod alios inficiant
et decipiant secundum infectionem eorum.
Quartum est cultus informatio quia
ex hoc quod sensualitas in aliquo intellectui dominatur
informatur cultum falsitatibus. Quartum in

faciat apostolus secundum quod existens in morum doctrina
ipsam falsitatem expellere prout pro
cedit ex cecitate intellectus ibi. Vo
luptates ibi. Perficientes ibi.
Hii sunt fontes. Iuxta primum partem intendit
[illegible] idem Illorum doctrina est omnino
expellenda qui tamquam irrationa
bilia animalia ipsum intellectum sensua
litati subiciunt. Sed talis est doctrina
hereticorum et falsorum magistrorum igitur etc.
Confirmatur. Quia sicut dictum est qui heretica
[illegible] propter maliciam affectus et
propter cecitatem intellectus quia hii semper magna
extollentes velud irrationabilia peccora
naturaliter semper tendunt in captionem et in
perniciem Unde que ignorant blasphe
mantes in corruptione sua peribunt
percipientes mercedem iniusticie. Est autem
considerandum quod apostolus tangit in morum mala
que incurrunt homines intellectum sensualitati
subicientes. Primum est irrationabilium
animalium assimilatio. Nam cum homo honore
et laude propter virtutem et scientiam intellectus
quia homo debet scire et virtuti. Eo ipso quod
aliquis non regitur iudicio rationis
sed magis iudicio sensualitatis iumentis
et pecoribus et animalibus assimilatur.
Unde de talibus propheta loquens in psalmo
ait homo cum in honore esset non intellexit comparatus
est iumentis insipientibus et similis factus est illis. Et primo
ethicorum scribitur quod passionum insecu
tores sunt vitam pecudum eligentes
Et quantum ad hoc apostolus dicit Hii vero velud
irrationabilia peccora naturaliter tendunt
in captionem et in perniciem. Nam sicut irrationa
bilibus animalibus naturale est [illegible] se ipsa
in captionem et perniciem ignorantes incidere
Ita heretici propter appetitus infectionem
in ipsis laqueos dampnationis incurrunt
ut glossa dicit. Secundum malum est in primis in
tellectus obtenebratio. Nam ex hoc
quod intellectus hereticorum est excecatus
per sensualitatem ipsam veritatem ignorant

z blasphemant / om̄ pubior p̄ꝰ
sebitur · cp sapiam atqꝫ doctrinam
stulti despiciunt / Et ꝙ adh̄c aplus
ait · Bruta i his que ignorant
blasphemantes / Tan̄ ē eoꝝ repetina
corrupcio / qꝛ eoꝝ memoria pit cū
sonitu / z dominꝰ ietum pmanet vt
sebit̄ impios / pū · 1º / pꝑsona eoꝝ d̄z
Ego quoqꝫ in iteritu vro ridebo / et
subsānabo cū irruerit nobis repe-
tina calamitas / Et ꝙ adh̄c aplus
ait · Intorrupcone sua pibunt ·
Tercium malū ē eoꝝ pnato pmij
qꝛ sic tunc tibi n̄ ꝯm olet̄ sol
iusti⁹ · Ita odientibus n̄ eius sol
insti · no lucebit · Et ꝙ adh̄c aplus
d̄r · pcipientes mercedem īiusticie
¶ Unde cū d̄r · Voluptate existi-
mantes dicias coignacois
z matutie delicijs affluentes i con-
uiuijs suis luxuriantes uobiscū /
oculos hntes plenos adulterij
z incessabilis delicti · Hic po⁹ s̄ꝰ
rō / sumpta exp̄ti indicij pꝑsione /
q talis ē / Eoꝝ doctina ē expellenda
qui indicat i̊d ee bonū q̊d no ē
bonū · Oz talis ē doctina heticoꝝ
s̄ꝰ z · D̄ꝰ gꝰ Existimantes volup-
tate bona / iqua sit i d̄no delectaui de-
liciis coignacōnis · h̄ ē indicat vo-
luptatem carnis lucidam z pclarā
ponentes i fine ipoꝝ / z matutie de-
licijs affluentes i cōuiuijs suis ·
luxuriantes uobiscū · qꝛ dicat
adh̄c fiunt uobis cōuiui ut pos-
sint vos adluxuriam trahē / z ipi
possint adluxuriam exrcendam ma-
iore dispoz hre · Oculos hntes
plenos adulterij / z incessabilis
delicti · Nam oculi dnr plēni ad-
ulterij / qꝛ indicat i̇tiore luxuriam
Nam scd̄m btm Augꝰ · Inpudicꝰ
oculus inpudici cordis ē nūcius
Quereret aut aliquis / vtrū feli-
citas z voluptas homis ponenda
sit inbonis corꝑalibꝫ / z videt̄ q sit /
quia potissima delectacio pcipit̄
i ipis corꝑalibꝫ bonis / sed talis
delectaº videt̄ ee voluptas z felici-
tas homis / ig̊ ꝛc̄ / Contrariū ē aplus
hic / qui reprehendit illos / qui ex-
istimauit delicias coignacōnis
ee voluptatē / dicit̄ ē felicitatē z de-
lectacōē summam / ut glo · d̄r · Dicendum
qꝫ in aplus possimus distinguere
ca bona / quia quedā sunt bona
fortune / Quedā s̄t bona corporis
Quedā s̄t bona anime / Bona aūt
fortune s̄t tpalia / qꝛ q cōsistunt
i diuiciaꝝ z similiū · Quedā vo
i honoris exhibicōne / Nam licet
honor exhibitus ꝑ v̊tute z sciaz
adbona anime videt̄ reduci / hōr
tn̄ exhibitus ꝑpt̄ diuicias z po-
tencias adbona fortune ptinē
videt̄ · Quedā aūt i fame ul
potencie mundane ptinaº · Undi-
micus aūt btitudo hōis cōsiste no
pt / qz btitudo pficit hominē in
retinendo ipam z i hnd̄o cadiuicie
aūt no pficiunt homiez / n̄c satisfa-
ciunt i digencie eius / n̄ put ex-
pendunt̄ z remittunt̄ extra / In ho-
noribꝫ no similr̄ btitudo homis cō-
siste no pt / quia btitudo semp ē
i eo cuiꝰ ē btitudo / Oz honor s̄ꝑ ꝑpn̄m
no est i honorato · ꝫ i honorante
N̄c z in fama ul similit̄ potencia
btitudo cōsiste pt / quia felicitatē z
btitudinē pfcām no assequit̄
n̄ boni z v̊tuosi hōies / Oz fama
mundana et similr̄ potē̄ assequit̄
quiqꝫ magis mali q̄ boni / Igit̄
i bonis fortune felicitas homis
ee no pt · Bō vo corꝑalia similr̄
tpalia s̄t / qꝛ quedā cōsistunt i pul-
critudine · Quedā vo i delectacōne
cibi z potus · Quedā i delectacōnibꝫ

[margin notes:] timēs fu / veneit · · dnei i vo luptez · ¶ felicitas z voluptas ponenda
¶ N̄o felicitas s̄t bona

tactus / In pulchritudine aut non
pt ee honis felicitas / qz btitudo
e sūmu honis. Sz bona corpalia
puta pulchritudo / formositas et talia
e sic alijs animalibz qui a / In ta
libus et potibz felicitas honis ee
no hz / qz btitudo hois dz carere cō
tristicia. Sz in talibz bonis semp
delectacōni tristicia est admixta
Nam ut scribit̃ i° Top. Delectacōni
que e in potu admixta e tristicia
que e in siti / tam diu ho delectat̃
i potu quam diu h' i se tristiciā sitis
recedente vo tristicia sitis recedit de
lectacio potus / In i venis delectacio
nibz btitudo honis cōsiste no pt /
qz ptlēs delectacōnes corporales
ho magis efficit̃ bestialis qm
brutis / Igr btitudo honis i bonis
corpalibz no hz cōsistere / Bona
aut anime i triplici gnre sc̃ hz
qz quedā simulant̃ rōn in itellectu
practica / quedā vo rōn intellectus
speculatiui / quedā vo rōn volūtatis
In actibz igit̃ itellectus pctici felici
tas honis ee no pt / qz btitudo
hois e finis ei9 Sz virtutes mora
les circa quas intellectus practicus
vsat̃ ordinant̃ ad aliu finē / sic
fortitudo ordinat̃ ad pacē hn̄da
/ quia no bellamus ut belleni9 / ut k
pacem hēam9 / Iusticia vo ad rerū
possidendaz / et prudencia ad libidinē
refrenandam / In actibz no itellectus
speculatiui similr btitudo hois ee
no hz sim se / qz i btitudine con
sistit sūma delectacio Sz itellectus
i suo actu pe delectari no hz / n' quia
e placitus et volitus a sua vo
luntate / Relinqt̃ igr / q
solum in actu volūtatis / sc̃ q sūmo qo
sūmo bono volūtas inhereat
btitudo honis esse / qo bono

~~quo~~

volūtas sūma cū delectacōe et satietate
replet / iuxta i° ps Saciabor cū
apparuit gl̃a tua / hanc tn̄ cōm
isspto q scim9 i mechan / et i quodā
mō tectam despu sco magis dif
fuse declam9 Sz i pncti ope tndam
sit / q volūtas et btitudo mā no cō
sistit i bonis corpalibz / sic heretici
et carnales homines existimant / sed
magis e i bonis spūalibus ¶
Deinde cum dr̃ Pelliacentes aīas
istabiles / cor exercitatum auaricia
hntes maledictiōnis filij relinqn
tes viam rectam errauerunt secuti
viam balaa ex bozor qui mercede
iniquitatis amauit / correccōz vo
hunt sue vesanie subiugale
mutu animal hois voce loquens
phibuit phete insipienciam.
Hic ponit̃ tercia rō / sup̃a exaltacōe
in sermone et decep° / que talis e Illorz
doctrina e oīno expellenda q excor
isecacōe alios isistunt et decipiunt
Sz talis e doctrina hereticorz / igr et c.
/ dr̃ ~~sc~~ Pelliacentes aīas istabi
les / h° est illos heretici sūt decipientes
homines deditos carnalibz desiderijs
Nam sm glo pellices dnr meretrices
a pollucōne / uel a pellibz uel ouis ipar
forma° qua forma° pellis alliciunt
itantos / et pelliciunt / h° e decipiunt
aīas istabiles hntes cor exerci
tatum auaricia / h° e q cui agit causa
auaricie faciunt / qui tamq maledic
nis filij delinquentes rectam viam
errauerunt secuti viam balaam
venientis a b ex bozor h° e venientis
de uilla / uel ciuitate sua que sic
vocabat̃ / qui scilz balaam mercede
iniquitatis amauit. Nam ppter
pcium extra demū veniebat ut
malediceret pplo isrl / Correccōz
tn̄ hunt sue vesanie et h° p sub
iugale et animal mutu hoc est

psima eius / que hominis uoce
loquens phibuit phete insipienciam
Nam ut scribitur Numeri xxij°.
Statim cum asina vidit angelum
stantem / cadit sub pedibus sedentis
et nec ad dextram neque ad sinistram stans
in loco angusto poterat de-
uiare / quod cum verberasset balaam / mira-
culose hominis uoce loquens ait
Quid feci tibi cur percutis me / nonne
animal tuum sum cui semper sedere consuevisti
vsque in presentem diem. dic quid simile vmquam
fecerim tibi. Decipiunt igitur isti heretici
istas animas instabiles quadrupliciter.
Primo pluximarum voluptatibus / quia promit-
tentes eis delectabilia carnis eas
eorum decipiunt. vnde prouerbiorum .1°. scribitur
Fili mi si te lactauerint peccatores
ne acquiescas eis / Secundo per malum
cupiditatis / quia sepe omnes animas
animas possidentium rapiunt. Tercio per
odium veritatis / quia ipsi tamquam male-
dictionis filij dereliquerunt rectam viam
Quarto per amorem prauitatis / quia
tales sequuntur viam balaam / qui
mercedem iniquitatis amauit ¶
Deinde cum dicit. Hij sunt fontes sine
aqua et nebule turbinibus exagitate / quibus
caligo tenebrarum reseruatur. superbia
enim vanitatis loquentes pelliciunt
in desiderijs carnis luxurie eos qui
paululum effugiunt / qui in errore
conuersantur libertatem illis promittentes /
cum ipsi sint serui corrupcionis / a quo
enim quis superatus est huius et seruus est.
Hic ponitur quarta racio sumpta ex falsi-
tatis informacione quod talis / Istorum
doctrina est omnino expellenda / quia ca-
rent fontem veritatis / et sunt fontem
falsitatis / Et ideo doctrina hereticorum
igitur etc. Dicit ergo. Hij heretici sunt fontes
hoc est habent in tellectum sine aqua
sapiencie / et sunt nebule superbe

obscure turbinibus exagitate hoc est
vento tempestatis ~~[illegible]~~ quibus
caligo tenebrarum reseruatur ut si
in sordibus sunt sordescant adhuc
ut glosa dicit / ipsi superbia vanitatis
loquentes pelliciunt hoc est decipiunt
eos auditores in desiderijs luxurie
carnis qui paululum effugiunt
hoc est parum resistunt peccatis / qui in
errore conuersantur libertatem illis promit-
tentes hoc est liberam licenciam peccandi
ut peccent dicentes eos peccatis non
puniri sed pocius remunerari. Cum
tamen ipsi sint serui corrupcionis hoc
est ipsius diaboli ad corrupcionem inducentis
¶ Est autem considerandum quod ipsa veritas
septem habet facere in ipsa anima / quorum
oppositum facit falsitas. Nam primo
habet veritas animam aqua sapiencie irrigare
iuxta illud Ecclesiastici xv°. Aqua sapiencie
salutaris potabit illum. Secundo habet
ipsum illuminare / quia in lumine eius videbi-
mus lumen ut scribitur in psalmo. Tercio habet
ipsam quietare / quia sedendo et quie-
scendo anima fit prudens ut dicit vij.
phisicorum. Quarto habet ipsam purificare
quia non nisi purgatissimis mentibus
cernitur ut dicit Augustinus x. de trinitate.
Quinto habet ipsam humiliare. Ideo ipse
dicit. Humiliatus sum vsque quaque
domine viuifica me secundum verbum tuum
Sexto habet eam rectificare / vnde prouerbiorum 4°.
dicit. Viam sapiencie monstrabo tibi
et ducam te per semitas equitatis
Septimo habet ipsam liberam consignare
quia ubi spiritus domini ibi libertas.
anima Nam primo falsitas habet animam
desiccare et dein pacem. Equitum
ad hoc apostolus dicit hereticos
sunt fontes sine aqua / Secundo habet ipsam
obscurare / et quantum ad hoc dicit nebule.

Margin notes:

ij

vsque ad finem

et nebule

commote

Nam

etc.

Nota quod veritas vij habet facere in anima quorum oppositum habet facere falsitas

Opposita autem istorum operatur falsitas

ratio mobilitate. Et quantum ad hoc
ait. Turbinibus ex agitate. Quarto
est ipsam inficere et sordidare. Et quantum
ad hoc ait. Quibus caligo tene
brarum reservatur. Quinto est ipsam in
superbiam inflammare. et quantum
ad hoc ait. Superbia enim vanitatis
loquentes. Sexto habet eam a recta
via obliquare. Et quantum ad hoc ait.
pelliciunt in desideriis carnis
luxurie eos qui paululum effu
giunt. Septimo est ipsam servam
facere et servituti subiugare. in eo
quod subdit. Libertatem eis promittentes cum
ipsi servi sint corruptionis. De
inde tamen dicit. A quo enim quis superatus
est. huius et servus est. Hic ponitur
omnium istorum probatio. Sunt autem
in superioribus maxime tria. primum est quod in
malis et in falsis hominibus est
spiritualitatis deviatio. Secundum est quod
in eis est veri iudicii perversio. Tertium
est quod in eis est cordis deceptio. Quartum
est quod in eis est falsi spiritus infor
matio. Primo ergo ponitur probatio primi
dicti. Secundo secundi dicti. tertio tertii. Quarto quarti
Secundo ibi. Si enim. Tertium ibi. Melius
enim erat. Quartum ibi. Contingit enim.
Suprema pars intendit. Item vero
A quo enim quis superatus est
huius et servus est. Joh. viii^o. Qui facit
peccatum servus est peccati. Sed mali homines
et falsi superantur et vincuntur a falsitate
spirituali atque carnali volup^tate
ipsorum. Ergo ipsius spiritualitatis et
carnalitatis merito dicuntur dicta sunt
ista. Nota quod non ponit hic maiorem
propositionem. A quo enim quis supera
tus est huius et servus est. Deinde
tamen dicit. Si enim refugientes coinqui
nationes mundi in cognitione
domini nostri Jesu Christi et salvatoris
huius rursus implicati superantur.

facta sunt eis posteriora deteriora pri
oribus. Hic ponitur probatio secundi dicti
que talis est. Horum iudicium est ob
liquum et perversum quorum posteriora fi
unt eis deteriora prioribus. Sed talis
est malorum hominum qui refugientes
carnalitates mundi et rursus pp
perversum iudicium vincuntur et supe
rantur ab eis. Et horum posteriora ideo
dicuntur deteriora quia in eis crescunt ingrati
tudinis nodum. dr. g^o. Si enim refu
gientes coinquinationes mundi in cogni
tione domini nostri Jesu Christi et salvatoris
sic est pp tm iudicium cognitionis
salvatoris dei. Hiis rursus im
plicati superantur pp perversum iudicium
ipsorum facta sunt eis posteriora peiora
prioribus. Deinde tamen dicit. Melius
enim erat illis non cognoscere viam
iustitie quam post agnitionem retrorsum
conuerti ab eo quod illis traditum est sancto
mandato. Hic ponitur probatio tertii
dicti et est talis. Illi decipiunt seipsos
et alios qui post cognitionem veritatis
iterum revertuntur ad heresim et ad fal
sitatem. Nam melius est ipsam vi^tes
non cognoscere quam post cognitionem Ex po
perire excusari pro ignorantia. Sed non retrorsu
esto eo salteni et tanto. Sed tales guti | eo
sunt heretica et falsi veram q ad eo
quoz etc. gnicoe
dr. g^o. Melius enim erat eis hoc
minus malum non cognoscere viam
iustitie quam post agnitionem retrorsum guti
conuerti in quia a recto sancto mandato
quod traditum est eis ut dr. cap^o. xxx^o
Si vis ad vitam ingredi serva man
data. quia ergo heretica et falsi veram
dei mandata cognoscunt et ipsa iple
contempnunt. Ideo grauius puniuntur quam
qui ignorant. Nam ut scribit
Luc. xii^o. Omnis qui scit volun^tate
domini et non facit vapulabit multis
Deinde tamen dicit. Contingit enim
eis illud. proverbii. Canis reversus

ad suum vomitum et sus lota in volu
tabro luti. Hic ponit probacionem quarti
dicti que talis est. Illi qui ex pellunt
a se lumen veritatis et sunt infecti
lumi falsitatis sunt sicut canes
evomentes cibum et iterum comedentes
illum. Sed tales sunt ipsi heretici ergo etc.
Dicit ergo quod contingit eis illud veri
proverbii hoc est consumi reuertunt ad filsitatem
commissi veritate contingit illud quod
scriptum est proverbiorum xxvi. Sicut canis
qui revertitur ad vomitum suum sic stultus
qui iterat stultitiam suam. Et sus
lota in volutabro luti hoc est sicut
porca dum luto lavatur sordidior
redditur, sic qui peccatum plangit nec
tamen deserit pene graviori se subiacet
ut glosa dicit quia veniam quam flendo
impetrare potuit veniam contempsit
hoc tamen secundum dictum apostolum est proprium
apostoli ut hec verba in principiis ut alia
glosa exponit. Capitulum iii.

Capitulum iij

Hanc ecce vobis karissimi secundam

scribo epistolam in quibus vestram excito
in commonitione sinceram mentem ut
memores sitis eorum que predixi
verborum a sanctis vestris preceptorum domini
salvatoris. Postquam posita est istis
gentilibus propria fide catholica veritatis
introductio et postquam posita est veritatis
falsitatis remocio. In isto tercio capitulo
ut supra dicebatur ponitur veritatis falsitatis
vitande prudentie et sagacitatis
cognitio. Et primo ponit ad cognoscendum et
eos vtilem exhortationem et istius ratio
est ibi. Cum igitur hec omnia. Prima pars
dividitur in duas partes quia primo ponit
ad cognoscendum errores hereticorum co
gruam dispositionem. Secundo ponit errorum eorum
vitacio. Tercio ponit eorum dictorum
errorum reprobacio. Quarto ponit

cognitiones eorum responsio ibi. Scientes. Secundo ibi.
primum secundo ibi. Latet enim. Quarto ibi. Domini
vero. In prima parte intendit talem
rationem. Illi sunt congrue dispositi ad
cognoscendum errores hereticorum et
falsitates qui sunt confirmati per dicta
apostolorum et prophetarum et in punctis veritatis. Sed vos
gentiles estis tales ergo etc. Dicit ergo
karissimi hanc ecce vobis secundam scribo
epistolam in quibus epistolis simul vestram
id est quam in vobis excito sinceram mentem
vestram in mea commonitione hoc est in
mea exhortatione quam ego facio
vobis ut memores sitis eorum que
predixi vobis verborum dictorum scilicet a sanctis
prophetis et apostolorum vestrorum qui vobis
predicaverunt et preceptorum domini et salva
toris. Nam dicta prophetarum sunt vera
quia spiritu sancto inspirati locuti sunt ut
dicitur est supra. Dicta vero apostolorum [illegible] apostolorum
sunt veriora quia propinquiora prime
veritati eo quod immediate ipsi ab
ipsa edocti sunt. Unde eis dictum est
vobis datum est nosse misterium
regni dei ceteris autem in parabolis
ut videntes non videant et audien
tes non intelligant. Sed dicta Christi sunt
verissima quia ipse est via veritas et vita
primum veritatis et veritatis omnia dicta
scilicet capitulo Iohannis quarto decimo Mathei
Si igitur isti gentiles erunt memores
predictorum verborum congrue dispositi
erunt ad cognoscendum falsitates. Deinde
inde cum dicit. Scientes. Hic ponitur. Scientes quod
veniet in novissimis diebus in deceptione
illusores iuxta proprias concupiscentias am
bulantes dicentes ubi est promissio
aut adventus eius. Ex quo enim
patres dormierunt omnia sic perseverant
ab initio creature. Hic ponitur cor
rectorum vitacio et est ratio talis. Illorum
errores debet omnino vitare qui sunt
deceptores illusores bonorum cor
poralium et non spiritualium promissores

nota

Luce. 7 Math. xiij.

et vera

et tocius fidei christiane persecutores. Sed
tales erunt ipsi heretici qui erunt
tempore antichristi, ut dicitur 2e Pe. 3°. Hoc primum
scientes quod venient in novissimis
diebus, hoc est tempore antichristi cuius heretici
sunt precursores, in deceptione illusores
ambulantes iuxta proprias concupiscentias,
hoc est tradentibus eis carnalia promit-
tentes, dicentes: Ubi est promissio sive
nobis facta a Christo aut adventus eius,
hoc est quod signum veritatis de adventu
eius, quasi dicat nullum. Ex quo enim
patres dormierunt, hoc est ex quo primi
parentes nostri mortui sunt, omnia sic
perseverant ab initio creature, quasi
dicat quod omnia etiam sic perseve-
rant sicut creata sunt ut nulla muta-
tio facta sit in eis, nec restat fienda
6 p° Nota erit. Sed tempore antichristi et precursorum eius
primo magna deceptio in falsorum mira-
culorum factione. Unde ad Thess. 2° scribitur
quod adventus eius erit secundum operationem
sathane in omni virtute et signis et
prodigiis mendacibus. Ubi glosa dicit
quod eius signa vel non erunt vera ut
videbuntur sed fantastica, vel si erunt
vera deo permittente ad mendacium tamen
inducent. Secundo erit ibi magna illu-
sio in mundo fidei derisionem, quia tunc
maxime deridebuntur fides et spes
et amor. Tertio erit ibi magna fre-
quentia peccatorum quia in divitiis et carna-
libus desideriis atque aliis bonis
corporalibus erit permissio eius. Unde
2° ad Thess. 2°. scribitur quod adventus
eius erit in omni seductione iniquitatis
hiis qui pereunt eo quod caritatem veritatis
non receperunt. Quarto ibi erit
tocius fidei christiane magna persecutio,
quia tanta erit persecutio dierum illorum, put
ipsamet veritas testatur, ut in errorem
inducantur, si fieri potest, et electi.
Omnia ista impiorum tangit apostolus
in litera. Secundo unde cum dicit Latet
enim eos hoc volentes quod celi

erant prius et terra de aqua et per aquam
consistens Dei verbo per que
ille tunc mundus aqua inundatus
periit. Celi autem qui nunc sunt et terra eodem
verbo repositi sunt igni reservati in
diem iudicii et perditionis impiorum hominum.
Hic ponitur de eorum errore reprobatio. Re-
cte talis. Illorum error et falsitas multo
est gravior et reprobari, qui negat iudicium
Dei preteritum et futurum, cum de utroque iudicio
scriptura mentionem faciat. Nam facit
mentionem de diluvio facto tempore Noe
per aquam, et de iudicio fiendo
per ignem in fine mundi. Sed tales sunt
heretici, ut dicitur 2 Pe. 3° quod Latet eos hoc
volentes, nullum iudicium esse futurum
neque preteritum, sed omnia immutabiliter
permansisse et in futuro permansura. Latet
eos quod celi erant, hoc est inter alias prius
creaturas prius erat iste turbulentus
aer qui celum appellatur, iuxta illud
Luce viii°: Faciem celi cognoscitis.
Prius similiter et terra erat de aqua, hoc est
de materia prima. Nam illa materia
prima dicta est aqua propter ductibilitatem
ad diversas formas capiendas, dicta
est terra propter difformitatem, dicta etiam est
abyssus propter obscuritatem. Unde Gen. 1°
Omnibus hiis tribus modis predicta
materia informis appellatur cum dicitur
In principio creavit deus celum et terram etc.,
hoc est naturam angelicam et materiam primam,
et tenebre erant super faciem abyssi
et spiritus domini ferebatur super aquas. Et
per aquam ipsa terra fuit consistens, hoc
est per medium aque fuit perfecte exclusa,
cum dicit deus: Congregentur aque
in locum unum et appareat arida. Et etiam
terra per aquam consistens, ut glosa ex-
ponit, quia dispositione divina venis aquarum
est tota plena sicut corpus animalium
plenum est sanguine ne ariditate
deficiat. Per que duo, puta terram
et aquam, Dei verbo, hoc est divina

virtute operante mundus aqua inun-
datus periit. hoc est mundus prius factus
propter aquam ab infectione peccatorum
periit / quia etiam destitit [illegible] fructificare
tanto tempore quanto diluvium duravit
vel periit mundus quo ad homines et
animalia habitancia in ipso / celi autem ae-
rei sunt qui nunc sunt et terra eodem verbo
repositi sunt igni reservati in die
iudicii et perdicionis impiorum / hoc est
in quo iudicio fiet perdicio et dampnacio
hominum impiorum / Ex quo patet duo iudicia
esse dei unum per aquam quod preteriit. Alterum
per ignem quod restat hoc autem latet ipsos
hereticos qui hoc nesciunt vel sciunt fin-
gunt se nescire ut alios decipiant
Queritur autem an verum finale iudicium
sit fiendum per ignem / et videtur quod non
quia ignis tunc consumet omnia / Sed post
iudicium substancia terre remanebit et
maxime substancia celorum / Nam de racione
eorum [illegible] ut essent hoc est in creacione dura-
verunt quantum ad ipsarum essencias / ergo videtur
quod per ignem tale iudicium fieri non debet
In contrarium est Apostolus hic / Dicendum
quod [illegible] igni tria videntur competere
propter que triplici racione probare possumus
quod finale iudicium per ignem fiendum est
Nam primo competit ipsi igni activitas
Secundo competit ei puritas / tercio competit ei
claritas / primum patet id sic probatur / Nam quedam
in finali iudicio corrumpentur secundum totum
et secundum partem. Sicut animalia et plante
et alia corpora mixta que nunc sunt generantur
ad utilitatem hominum / sed post iudicium talia
non erunt necessaria. Quia tunc non vivent
vita animali sed vita spirituali / Et quia
ignis maxime est corruptivus et consumptivus
Ideo propter corrupcionem et consumpcionem ipsorum
tunc in futuro statu remanere non debent
convenientissime finale iudicium fiet per
ignem / Secundum id sic ostenditur. Nam locus
iste habitabilis magis [illegible] infectionem in-
currit ex habitacione peccatorum / et quia propter

puritate elementorum talis infectio
removebitur / Ideo conveniet mundus
in fine purificari per ignem / Et nos
Adiuvet beatus Petrus ait quod celi
qui nunc sunt et terra eodem verbo re-
positi sunt igne reservati in die iudicii
hic per celos non ipsum firmamentum intelli-
gatur in quo sunt sidera Sed istos celos
aereos terre vicinos / Tercium id sic patet
Nam in fine mundi tota creatura corporalis
disponetur secundum convenienciam et statum
hominis / Et quia homines non solum libera-
buntur a corrupcione Sed et induentur
gloria claritatis. Nam / ideo oportebit quod et
creatura corporalis aliqualiter hominum
beatorum quandam claritatis gloriam consequatur
Quia claritatem maxime habet ipse ignis
inest et talibus efficere / et isto modo
renovabitur creatura secundum expulsionem
obscuritatis et consecucionem claritatis / de qua
renovacione scribitur Apocalipsis xxi° ubi
dicitur Vidi celum novum et terram novam
ysaie lxv° Ecce ego creabo novos
celos et novam terram / Ad illud vero quod
in contrarium arguitur dicendum quod
ignis [illegible] aget ut est instrumentum divine
bonitatis / Ideo solum illa corrumpet et
consumet que non spectabunt ad perfeccionem
ultimi status / Deinde cum dicat
Veniet vero. Hic ponit racionem hereti-
corum [illegible] Advertendum intellectum est
secundum [illegible] hereticos dupliciter errasse circa
divinum iudicium futurum / Primo quia eius
prolongacione dicentes iudicium tam
tardari quod deus de peccatis hominum non
recordabitur. Ideo homines secure peccare
possunt / Secundo eius occultacione dicentes
diem iudicii non esse quod nulli revelatum
est qua hora vel quo tempore fieri debeat
Primo igitur removet primum obiectorum
[illegible] ibi. Adveniet autem dies
domini hoc vero non lateat vos
karissimi quia unus dies apud deum sicut

2° duo sunt iudicia preteritum et futurum

3° finale iudicium sit fiendum per ignem primus

foe

8° non circa iudicium divinum futurum heretici errant dupliciter

mille anni z mille anni sicut dies, q. d. Quidquid fieri potest in mille annis. Ita deus videt sicut illud quod fit vna die. Ideo nullus debet arbitrari se non puniendum de peccatis propter tardacionem diuini iudicij. Quia non tardat dominus promissis. Sed pacienter agit propter vos ut vos ipsi in virtutibus crescatis, nolens aliquos perire sed omnes ad penitentiam reuerti. Vnde ut scribitur Ezech. xviij. Nolo mortem peccatoris morientis dicit dominus. Et ysid. dicit: metuendum est valde ne per spem venie quam promittit deus perseuerent peccantes, nec quia iuste peccatis pena infligitur desperent. Sed utroque periculo deuitato z a malo desistamus z de dei misericordia veniam speremus. Est autem considerandum quod diuina cognitio non variatur preteritum neque futurum sed sicut in esse dei concludit omne ens ita in eius cognitione includit omnis cognitio omnis temporis. Mille igitur anni sunt apud deum sicut hesterna dies que preteriit, ut scribitur in psalmo .lxxxix. Apostolus scribit ad hebre. iiij. quod omnia nuda z operta sunt oculis eius. Deinde cum dicat Adueniet autem. Hic remouet secundam obiectionem dicens Adueniet autem dies domini ipsius iudicij ut fur. Simile verbum scribitur prima ad Thess. v. ubi dicitur quod Dies domini sicut fur veniet. In qua ipsi die celi ardentes magno impetu transient hoc est in forma clariore mutabuntur. Elementa vero calore soluentur. Terra z que in ipsa sunt opera exurentur. q. d. quod licet non sit reuelatum alicui de die iudicij, quia hoc deus posuit in sua potestate Actuum i. multum est manifesta dies illa qui veniet propter multa z varia que tunc fient. Nam aliqua ex toto corrumpentur. Alia vero in melius commutabuntur. Vnde Iohel. v° scribitur, quod veniet dies domini z ante faciem eius ignis deuorans z post eum exurens. Vel aliter autem intelligendum est quod ipsa elementa calore soluentur. Postea patebit in alia lectione.

Cum igitur hec omnia etc.

Postquam apostolus posuit ad cognoscendos ipsos hereticos congruam disposicionem, in parte ista ut supra dicebatur ad confundendum inter eos ponit valde instructionem z exhortationem. Et diuiditur hec pars in iiij^or partes. Quia primo ponit ad confundendum inter ipsos hereticos vtilis exhortacio. Secundo ponit diuini iudicij superuentio. Tertio ponit boni operis executio. Quarto ponit omnium supradictorum ex doctrina sancti pauli sui confratris confirmatio. ij ibi. Expectantes z festinantes. Prorsus aliter iij ibi. Propter quod. iiij ibi. Sicut z karissimus. Prima parte intendit talem rationem. Quicumque vult consistere in medio praue z peruerse nacionis debet primo habere caritatem ut a diuina dilectione non separetur, sicut apostolus dicebat. Quis nos separabit a caritate christi, quasi dicat nullus. (Ro. 8.) Quia caritas omnia mala sufficit pro amore dei. Secundo debet habere pietatem ut in amore fratris non indurescat. Nam secundum apostolum pietas ad omnia valet. (1. thimo. 4) Tertio debet habere spem ut de diuina misericordia non desperet, quia misericordia domini plena est terra, ut scribitur in psalmo. Et ad hebre. 2° scribitur: Non habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris. Quarto debet habere fidem ut non decipiatur. Nam habet fidem deum habere sicut anchoram anime tutam ac firmam z incedentem usque ad interiora velaminis ut dicitur ad hebre. vj°. Sed vos gentiles debetis

Et notat pluraliter primo consacrationibus pietatibus quia consacrationis sunt due scilicet presbiteri activa et contemplativa. Et pietatis sunt etiam due scilicet corporalis et spiritualis. Addit vero sanctis ad differentiam consacrationis male qua quis impedit vicio non nature. N. Gorran.

Celum

Sed numquid celum empireum erit purgandum cum ibi perpetratum sit peccatum angelorum. Respondeo quod non quia celum non fuit peccatis angelorum coinquinatum tum propter loci puritatem que non est inquinabilis cum sit lux pura tum propter peccati angelici spiritualitatem tum propter peccantium angelorum velocem expulsionem.

consumari in medio horum ignium. Quoniam igitur hec omnia supradicta sunt. Hic est textus quod dicit. Cum igitur hec omnia elementa dissolvenda sint qualis oportet vos esse dispositos ad sustinendum istos ignes in sanctis conversationibus et pietatibus et primos conspirantes per spem et properantes per fidem in adventum diei domini iudicii. Deinde cum dicit per quem celi hic ponit diem iudicii superiectionem rerum talis. Illa dies est multum timenda a malis et cum magno gaudio exspectanda a bonis in qua celi isti aerei calore solventur et elementa ardore tabescent, celi et terra innovabuntur. Et talis est dies iudicii. Augustinus 20 de civitate dei. Quoniam igitur fundo quod debeatis esse parati in adventu diei iudicii per quem isti celi scilicet aerei ardentes solventur et elementa igitur ardore tabescent ante faciem iudicis et tabescent. Novos vero celos et novam terram secundum promissa ipsius exspectamus in quibus scilicet celis iusticia scilicet divina habitat que tunc reddet unicuique secundum opera sua. Quereret autem aliquis utrum elementa debent dissolvi et transire in fine mundi et videtur quod sic quia ipse veritas ait in evangelio Celum autem et terra transibunt verba autem mea non transibunt. Quod etiam illud quod scribitur Ecclesiastes. 6. Generatio preterit et generatio advenit terra autem in eternum stat. Et terra stabit in eternum multo fortius alia elementa que sunt nobiliora ipsis. Dicendum quod elementa dissolvi et transire in fine mundi potest intelligi tripliciter. Primo quantum ad motus et operationes ipsorum cessationem. Secundo quantum ad qualitatum ipsorum transmutationem. Tertio quantum ad innovationem eorum. Omnibus enim istis modis veritatem habet quod elementa in fine mundi dissolventur. Primo quantum ad motus et operationes ipsorum cessationem. Nam cessante

motu primi mobilis cessabit omnis motus et omnis generatio et corruptio aliquibus elementis. Quia cessante causa cessat effectus. Causa autem generationis et corruptionis istorum inferiorum est motus solis in obliquo circulo ut dicitur 2 de generatione. Potest igitur intelligi primo modo dissolvi elementa et transire quantum ad motus et operationes ipsorum cessationem quia amplius post finem mundi non movebuntur superius vel inferius sed unumquodque in sua substantia remanebit. Secundo potest intelligi quantum ad qualitatum ipsorum transmutationem. Nam non elementa transmutabilia sunt et corruptibilia secundum transmutationem qualitatum ipsorum non quidem secundum totum sed secundum partem. Corpora celestia. Quedam autem totum et non secundum partem sunt incorruptibilia. Elementa vero sunt incorruptibilia secundum totum corruptibilia non secundum partem. Et in fine mundi quia qualitates unius elementi non transmutabuntur per qualitates alterius elementi remanebit unumquodque incorruptibile tam secundum partem quam secundum totum. Et quem modum intelligitur illud apostoli. i. ad Cor. vii. Quod preterit figura huius mundi hoc est dispositio quia hunc elementa penes transmutationes ipsorum transibit. Tertio potest intelligi quantum ad eorum innovationem. Nam elementa modo ex commixtione eorum ad invicem contrahunt quandam infectionem. Terra enim est opaca et obscura aqua grossa et materialis. Aer vero turbulentus. Sed in fine mundi talia omnia perdita cessabunt et erunt clariora et in meliorem dispositionem mutabuntur. Et hoc modo dicit apostolus hic quod novos celos et novam terram exspectamus. Deinde cum dicit propter quod karissimi exspectantes satagite ei inveniri immaculati et in-

Nam corporalia secundum totum et secundum partem sunt

Terra

elementa in fine mundi solventur

Ro. 8.

Luce 21

1. Thim.

violati in pace et domini nostri ihesu christi
longanimitatem etc. Hic ponitur bonorum
operis excitatio et est textus talis. Carissimi
cum hec expectantes iudicium premissum
indicite debent se exhibere invenire
immaculati per bona opera in conspectu
eius. Sed vos gentiles estis tales
qui expectantes hec etc. Dicat ergo
apostolus Carissimi expectantes scilicet diem
iudicii satagite hoc est fortiter
agite ei inveniri hoc est in conspectu eius
apparere immaculati peccatorum expul-
sione et inviolati per instantis temptationes
tione et in pace proximorum amore unicorum
et domini nostri ihesu christi longanimitatem tribu-
latorum patientiam tollerantium salutem
arbitramini scilicet consequi a deo pro
premium premii continua expectatio
¶ Deinde cum dicit Sicut et karissimus
frater noster paulus etc. Hic po-
nitur superdictorum ex doctrina pauli
confirmatio et est textus talis. Illi dicuntur
esse confirmati in veritate et in doctrina
fidei quibus non solum petrus sed et
per paulum fratrem nostrum scriptum est
de eorum salute. Sed vos gentiles
estis tales etc. Dicit ergo Bene dico
quod debetis immaculati inveniri
in conspectu dei sicut et karissimus frater noster
paulus. Secundum datam sibi sapientiam scripsit
vobis in omnibus epistolis loquens in
eis de hiis scilicet de quibus supra predixi
vobis in quibus scilicet epistolis pauli sunt
quedam difficilia intellectu que indocti
atque instabiles depravant male
scilicet intelligendo et peius sibi exponendo
sicut et ceteras scripturas ad
ipsorum perditionem. Est autem considerandum
quod in ista particula tria ponuntur quorum
primum aliquos in veritate confirmatio
secundum est apostolorum ad invicem com-
mendatio. Nam ut glossa dicit
Paulus se respectu aliorum
humiliat dicens Ego sum minimus

No[ta]

apostolorum qui non sum dignus vocari
apostolus quia persecutus sum ecclesiam
dei. Petrus vero non sic portatus et datur
sibi clavium oblitus sapientiam pauli
nunciat et commendat. Sed nos sciendum est
ut magis aliorum quam sua admirentur
virtutes. Tertium est in epistolis pauli difficilis
intellectus. Nam ut secundum glossam Ista dif-
ficultas vel est referenda ad ipsorum
iustificationes quod ipse dicit ubi superhabun-
davit delictum superhabundavit et
gratia vel est referenda ad secretorum reve-
lationes quod ipse testatur se audivisse
archana verba que non licet homini
loqui. Quartum est hereticorum depravatio nam
secundum glossam nullus est liber novi vel
veteris testamenti in quo heretici aliquid non
putant vel diminuendo vel ad-
dendo vel immutando. ¶ Deinde cum dicit
Vos igitur fratres custodite vosmet-
ipsos etc. Hec est tertia pars totius epistole
in qua ut supra dicebatur ponitur omnium
eorum que dicta sunt conclusio et in veritate
fidei roboratio. Ista autem roboratio
et confirmatio fidei et veritatis consistit in
duobus. Primo de errorum hereticorum vitatione.
Et quantum ad hoc apostolus dicit Vos igitur
fratres custodite vosmetipsos ne in-
sipientium errore traducti. Nam ut
glossa dicit heretici multiplices intro-
duxerunt errores quidam futurum iudicium
negantes quidam divina eloquia
falsificantes quidam male interpre-
tantes. Et quidam luxurie frena
laxantes. Secundo in veritatis mansione
Et quantum ad hoc apostolus ait Excidatis
a propria firmitate. Tertio in cognitionis
augmentatione. Et quantum ad hoc dicit Crescite
vero in gratia domini nostri ihesu christi et
salvatoris. Quarto in gratiarum
actione. Et quantum ad hoc concludit
Ipsi gloria et nunc et in die eternitatis

formet^r ge^o talis vo / Illi sunt confor-
ti roborati in omnibus hiis que sunt dicta
in ista epistola quia scilicet erroris hereticorum
vitaverunt / licet in^{tis} fidei mansione et
cognitionis augmentatus / Et gratiam
dilectione / Ergo vos gentiles debetis
omnia ista in memoria habere / igitur co-
muto cetus roborati confirmati in hiis
que dicta sunt in predicta epistola / Et inse-
timus^r sum secundum canonem beati per

Quod fuit ab initio

Capitulum primum

Sicut in principio
dicebatur hic ponitur canonice beati
Johannis qui scribit gentilibus in medio
adepti dilectorum et raptorum quis / Ideo
facit autem in primo scribit gentilibus
omnibus / Secundo scribit quibusdam personis
specialiter / ibi Senior electe / Ideo
evidentia autem prime partis est sciendum
attento beati Johannis est in hac epistola
hortari istos gentiles specialiter ad
duo ut glosa dicit / videlicet ad fidei
cognitionem et caritatis perfectionem / ut in-
telligant quod credere et quid diligere
debeant / unde quia dicitur esse firma
cognitio et doctrina non recipitur in au-
ditoribus nisi creditur esse firma et certa.
Ideo apostolus tamen facit quia primo po-
nitur doctrine fidei ad certius
cognitionem hortatur et certificat / Secundo po-
dere fidei cognitionis exhortatorem.
Et ideo hortatur eos ad caritatis per-
fectorum / ibi Circa medium secundi
capituli filioli mei / Tertio ibi in prin-
cipio capituli videte qualem caritatem.
Ad evidentiam autem prime partis est
sciendum / quod una cognitio videtur
certior esse alia ex tribus / Primo ex parte
sensus per quem acquiritur / unde tamen
intellectus sit in intellectu quam prius fuit
in sensu / multum credimus

cognitionem aliquam esse certam / que est
acquisita mediante cognitione sen-
sitiva / Secundo ex parte rei que est sub-
stantia / unde tamen unumquodque sic se habet
ad veritatem / sicut se habet ad entitatem
oportet illam rem que habet puram
entitatem habere eandem puram veritatem
Tertio ex parte hominis cum in materia / unde
tamen omne quod cognoscit in aliquo
lumine / ergo cognitio illa que in materia
lumine certo certiorem esse illa que lumine
creato in materia / Quarto ex parte doctoris
per quem traditur doctrina / quia doctrina
tradita a doctore veritatis certior est
illa que traditur ab aliquo sophista
vel doctore falsitatis / Doctrina igitur
fidei habet ad certius cognitionem beatus
Johannes hortatur et inducit istos
gentiles existens in materia redditur
certior omni alia doctrina / Primo ex
parte sensus per quem acquiritur / Secundo
ex parte rei que est substantia / Tertio
ex parte doctoris per quem traditur.
Secundum ibi Et vita manifestata est
Tertium ibi Et hec et annuntia / Quartum ibi
Et hec est annuntiatio / in prima parte intendit
tamen idem / Illius doctrina est certior
omni alia que est acquisita per
auditum visum et tactum / unde ista sunt
tres sensus maxime ad scientiam
deservientes / Sed talis est doctrina
ubi continuatur fidei habet ad certius
cognitionem ergo Johannes vos hortor
gentiles et inducit / Sed talis doctrina
est certior omni alia / Dicit ergo Quod fuit
ab initio hoc est verbum quod incarnatum
fuit ab initio quantum ad deitatem etc.
quod quidem verbum nos apostoli au-
divimus predicantem et predicatum / Iuxta
illud Matthei v^o aperiens os suum
docebat eos dicens Beati
pauperes spiritu / vidimus oculis
nostris per eius incarnationem

pro
cognitio
certior est
maior

et nate sciam .ius ostensionem
Unde Baruch iii. scribitur. Post
hec in terris visus est et cum hominibus
conversatus est. Et Joh. i. scribitur. Verbum
caro factum est et habitavit in nobis et vidimus
gloriam eius gloriam quasi unigeniti
a patre plenum gratia et veritate. Quod
etiam percepimus hoc est eius vita
et sanctitatem perfecte notavimus et ma-
nus nostre contrectaverunt de verbo vite
ipsum palpando tangendo et co-
piendo ipsum veram carnem et non
fantasticam habere non solum ante
resurrectionem sed etiam post resurrectionem. Juxta illud
Luce xxiiii. Palpate et videte quia
spiritus carnem et ossa non habet sicut
me videtis habere. Est autem conside-
randum quod tres sensus nobis maxime
ad sciam deserviunt scilicet auditum
visum tactum. Nam sciam quantum
ad tria exemplariter possumus considerare.
Primo quantum ad expositionem ubi
ipsam doctorem. Secundo quantum ad
invenientem per seipsos sciam et
disciplinam. Tertio quantum ad ob-
iectorum sensibilium considerationem et nego-
ciatorum. Nam videmus aliquam
sciam causari in aliquo per doctrinam
et persuasiones sicut magistri in suos
discipulos et suos auditores per-
suasiones et voces eius verba ordinata
proponendo. Secundo videmus aliquos per
seipsos sciam et disciplinam invenire.
Et hoc quia videntes aliquos effectus
per seipsos talium effectuum causas
investigare conantur quibus in-
vestigatis sciam habere dicuntur.
Tertio videmus homines invenientes
sciam per se aut audientes ab aliis
ut illam sciam negociari et conclu-
siones conflata sciam eligere atque ita
eam diversis consideratoribus facere
Ad primum igitur horum que ad sciam re-
quiruntur nobis deservit sensus
auditus. Quia carentes auditu
disciplinam non possunt ut scribitur in
prohemio methaphisice. Ad secundum vero utilis
est sensus visus qui maxime nos
cognoscere facit et multas rerum differen-
tias nobis demonstrat. Sed ad tertium
et ultimum ius sensus tactus. Nam ut
scribitur ii. de anima. Molles carne
aptos mente dicimus duros auten
ineptos. Sic igitur apostoli audierunt
verbum incarnatum per eius predicationes
oculis eorum viderunt per eius incarnationem.
Et manus eorum contrectaverunt ipsum
per tactum et palpationem multo eorum cognitio
quam de dicto verbo habuerunt est
certior omni alia cognitione. Consideret
autem aliquis utrum apostolus in hac epistola
debuerit premittere salutationem. Dicendum
quod salutatio premittitur ante exordium
propter tria. Primo propter recipientium disposi-
tionem ut ipsi auditores per salutationem dis-
ponantur ad exordium libenter au-
diendum. Secundo propter ordinatam incepcionem.
Nam in omni ordinata locutione
de homine et salute etiam incipere et in-
dicta salute de hoc locutionem finaliter
terminare. Unde apostolus ad Colo. iii.
dicit. Omne quodcumque facitis in verbo
vel in opere in nomine domini nostri ihesu christi
facite. Tertio propter manifestationem. Ut
in salutatione exprimatur et manifeste-
tur cuius salus queritur et desideratur.
Propter primum tres ipsa in cuius nomine salutationem
mittimus de omnibus esse certior et mani-
festior. Et sic semper in nomine eius salu-
tationem facimus qui habet ista tria in se.
Unde christus deus ipse habet ista tria quia ipse
omnibus rebus dignior est et omnibus
prior et manifestior. Sed semper in nomine
eius salutationem facimus. Sed hic gloriosus Jo-
